

humanitas

Vol. II

IMPrensa DA UNIVERSIDADE DE COIMBRA
COIMBRA UNIVERSITY PRESS

FACULDADE DE LETRAS DA UNIVERSIDADE DE COIMBRA
INSTITUTO DE ESTUDOS CLÁSSICOS

HVMANITAS

VOLUME II



COIMBRA
MCMXLVIII-MCMXLIX

Silvula (!)

AD FRANCISCUM REBELO GONÇALVES

*Oras Lusiadum demissa fronte poetae,
Gonçalves, properans turba minuta petit.
Haec quoque iam spernit claves umbramque pudicam
atque decora suis vestibus ire cupit.
Haud ita progenui; ludendi motus amore
composui; iacuit pulvere tecta diu.
Si mihi, quod vacuum pectus quandoque moveret,
id libuit verbis tradere simplicibus;
si qua mihi caris 7nittens munuscula, iussi
pectoris hos comites pandere sensa mei;
si quos nonnunquam non atro laedere dente
musarum studui munere forte iocans,
nonne fuit satis hoc ? . . . Numero nunc fortior ipso,
nescio quo pacto, turba pusilla foras
ire optat. Teneam? Cum libertatis, amice,
innumeri sanctum nomen ad astra ferant,
ipse tyrannus ero? Satis ac super her cie fuerunt
ac sunt atque alios fata maligna dabwit.
Undique cum premeret soboles ac sperneret umbram,
amovi tandem vincula saeva meae.
Contendi varias faciei abstergere sordes;
selegi cupidos et monimenta dedi,
ut pedibus celeres subniissis frontibus irent,
cornua neu quisquam tolleret alta tumens.*

(1) Poetae obsequens littera *v* pro *u* et *U* pro *V* et / pro *I* usus est typographus. [*Humanitatis moderator noiauit.*]

*Id sanus monui; iussi idem ferre salutes
 et grates imo pectore, docte, tibi.
 Excipe nunc laeto, Gonçalves, lumine prolem
 tantillam atque patris sis memor usque. Fa/e.*

Messanae, vu Kal. Mart, MCMXLVIII.

I. SPICULA.

I. In vatem ventosum.

*Ventosus vates, toto laetissimus ore,
 inclamans magna carmina voce legit,
 ꞥzc iactat: «Batavo nusquam sapientior ullus
 iudice, CZ//12 vates iudicet ille bonos».*
 Cwr id? Batavus iudex decrevit honorem,
 zs gz/o certavit, forte poematio.
*Nunc idem frontem corrugat, lumina torquet,
 in Batavos iactat mille venena simul.
 «Iudex ille — inquit — pulcrum dignoscere nescit,
 utpote qui brumis torpeat ille suis».*
 Cwr /<3/72 7nutatus ? Batavus post terga reliquit,
 /i certavit, forte poematium.

II. De mala cuiusdam puellae valetudine.

*Heu, quantum aegrotat nervis Isabella puella,
 pectore quot curis angitur assiduis !
 Appositos non ferre cibos valet illa, gravatos
 non oculos placida nocte quiete levat.
 Omnia fastidit ; misere macrescit in horas,
 ingemit et natae tacta dolore parens.
 Sume animum, mater! Sume ipsa, Isabella puella
 omnibus est istis grata medela malis.
 Vix puerum invenies, cui bella videbere tandem,
 mox mala diffugient : haec medicina tibi.*

III. De uxore virum ad honores promovente.

*Quod tibi, quem fatuum perhibent ac mente carentem,
tam cito tot dederiūt munia in urbe, rogo,
ne incedas tumidus neu iactes verba superbus :
non laus est, credas, haec tribuenda tibi.
Est tibi bella, colit quam princeps inclitus, uxor;
illi, iam scimus, quidquid habes, tribue.*

IV. Magnus nostrae aetatis orator.

*Imperio fasces regerent cum cuncta, loquacem
iuvit fascales tollere ad astra viros.
His ut deiectis alii subiere, loquacem
te iuvat en dominos tollere ad astra novos,
hic multos tumidos testes sermonibus implet,
quīs te facundum concelebrare placet.
Te probo, /e laudo; sed magnum fac mihi : testes
ne iam rumpantur, s/ saf/s, oro, /ace.*

V. In quendam manibus purum.

*Quid purum manibus, manibus te dicere purum
haud unquam cessas auriculasque premis ?
Unum — mitte ?netum! — mihi tute fatebere tutus:
quid manibus purum surripuisse rear ?*

VI. De Homeri somno

(ad Valerium Milio).

*Omnia nunc, Valeri, fiunt leviora, sopor que
Maeonii antiqui tempore fit levior.
Id negites ? audi : non iam dormitat Homerus
(id R.....(1) increpuit), dormitat ille bonus.*

(!) Professoris nomen, qui tam perperam latina verba legebat, silentio obruatur.

VII. De quibusdam puellis lauro ornatis.

*Insipiens summa doctorum laude Johanna
 magnificam laurum — praemia magna ! — tulit.
 Non Paula insignis lauro discessit eadem :
 quae scripsit, laudem non retulere parem.
 Nil cur mireris, namque illa coloribus emptis
 enituit, pennis Paula decora suis.*

VIII. De Ariciae profectu.

*Quae modico hospitio te exceptit Aricia, Flacce,
 gaudeat imposito nuper honore sibi.
 Urbs etenim si magna fuit, modo Aricia magna est.
 S.....(1) edixit talia: Flacce, tace!*

IX. In collegam quendam.

*«Incidit incidit», pensas dum lance puellas,
 ipse /eg*2s; monitus: «non moror ista», refers.
 Frustra versiculos me exposcis, care, legendos :
 mirum quam Penthei funera saeva tremo.*

X. In doctum grammaticum.

*Tam fe//e explanas Romanos voce poetas,
 tam bene tu Latii resque hominesque colis,
 tam sapiens pendis quidquid sermone soluto
 scripserunt, quidquid carmine mellifluo;
 idem ita facundus quantum cuiusque loquendi
 robur, verborum copia quanta, doces;
 omnes Germanos novisti ita doctus et Anglos
 et quibus enituit crassa America viris,*

(1)Huius quoque professoris nomen, qui in quadam studiorum universitate illius Horati loci *magna* cum *Aricia* coniungendum docuit, his plagulis absit.

*tantarum ut rerum pondus mirabile mirer,
 teque unum id tantum, si licet, ipse rogem:
 quae brevis est, si forte velit tibi longa videri,
 produc, ne nugae, docte, morentur opus ;
 longa autem tibi si quadam levitate decora
 esse velit, tribuas parva petita, precor.
 Verum parce stilo quicquam conscribere prisco
 ne risu rumpas ilia nostra st at im.*

XI. De novis miraculis.

*Cur tantum timeas tumido qui ventre magistrum
 ac raucis vexat continuisque minis
 te miserum, ut metuas ne duris forte periclis
 improbus eiciat ? Dic modo pauca mihi.
 Suntne domi tibi caseoli? sunt mitia poma?
 tum pressi lactis copia magna iacet ?
 Quid? tibi doliolum servatur pinguis olivi ?
 amphora nectarei plena liquoris olet?
 Est tua nummorum bene pondere onusta crumina? ..
 Euge: quid hic moneam tu quoque, amice, vides.
 Magna aspexisti si olim miracula rerum,
 cernes mox oculis maxima, crede, tuis.*

IL EPISTOLIA.

I. Ad Hermannum Weller.

*Carmina quod cupido misisti, candide vates,
 grates haud dignas reddere rite queo.
 Fas erit hic tandem si culi prope litor a ponti
 audivisse tuae murmura blanda lyrae!
 Dulce fluentisonae libabo carmina musae,
 pectore nonnunquam talia verba loqueris:
 « Teutonicus vates, nebulas vacuosque labores
 spernens, Pieridum per iuga summa canit,*

*et labiis unus — mirum!—fert oscula misis
 imponens sanctae florea sarta comae!»
 Gratuler inde tibi toto de pectore, grates
 dum summas refero, docte poeta, sinas (1).*

II. Ad Alafridum Bartoli.

*Quod mihi misisti tot nominis omina festa
 luce, tibi grates, Bartole, gratus ago.
 Grator at, fateor, celsi quod culmina 7nontis
 7ne tua Pieridum scandere verba iubent.
 Aequas namque viam praeceptis, docte, labantis
 incertosque pedes tu bonus arte regis.
 Ergo sinas grates toto de pectore fundam
 haud cultis, candide, versiculis.*

III. Ad St. Bezdechi (2).

*^4//15 /zew nivibus Janus caput exerit album,
 saevus et exululat ventus ubique furens.
 Quos iuvat, e/2 longas pedibus teretesque tabellas
 aptant atque ornant stipite utranque manum,
 cumque Euris rapidis certare nivalibus arvis
 gaudent labentes vir mulierve simul.
 Haud mihi nunc campos placet ire redire rigentes
 ne pectus tangant frigora forte meum.
 Quinque habet arcta domus natos aetate tenellos,
 queis me, Be\dechi candide, salvo opus e s t . . .
 Sic me clausa tenent Jano redeunte cubicla
 et vacuus musae munera carpo libens.*

(1) H. Weller, ut omnibus, qui latinitate quidem sint imbuti, notum est, in Tubingana Studiorum Universitate doctor, non semel aut iterum e latinae poeseos hoeufftiano certamine victor discessit. Eius carmina per-eleganti volumine sunt vulgata.

(2) In Studiorum Universitate Napocensi (Cluj, Romania) doctor est idemque versus latinis maiore cura quam pro exteris gentibus colit.

*Tu, seu forte tenet viduatus frigore campus
 ut moveas cursu fortia crura cito,
 frigora seu veritus nivibusque cacumina pressa,
 adstas ante hilares, imbre cadente, focos,
 Virgiliumque pium versas tenerumve Tibullum,
 accipe versiculis omina blanda ?neis.
 Te cunctis tutum longum servare per annum
 certet Hygea malis, gwae undique saeva premunt ;
 immo te hercúleo praestantem robore monstret
 et pugnīs validum, cruribus et validum!
 Hoc tibi quid maius, gz/zd, quid praestantius optem,
 magnum si nomen divitiasque cupis?
 Quodsi longe aliud tibi ridet pectore, Janus,
 #zn r/ge/ exoriens, /70c /z£z, amice, ferat...
 Haec raptim scripsi festivus, amice, calendis :
 Janus amat, peramat candida musa tocos.*

Kal. Jan. MCMXXXVIII.

IV. Ad Juliam Bartoccelli.

*S/ te forte habeat pietas ut brachia pandas
 quantum perraro pandit et ipse Deus,
 — szchortatur, qui vexans omnia miscet,
 filia sic patitur, tincta rubore, Jozy's —
 si frustra auriculas laedant tibi plurima nilque
 ?nenda puellarum plurima te moveant,
 s/ indoctis doctisque simul pia brachia pandas,
 zze doctam, quaeso, desere, docta, Κριφώ (1).*

V. Ad Silvanam Smiroldo.

*Grata quidem siculis quae collibus uva rubescit,
 larga si mittis plena canistra manu;*

(1)Puellam quandam, cuius nomen graecis litteris hic habes, pericula tempore belli facientem, his versiculis iocatus commendavi.

*gratior haec, mihi crede, fuit, quam chartula nuper,
solum etsi verbis, candida amica, tulit.
Pampineis, Silvana, Silvanus in agris
autumni dulces det tibi habere dies (1).*

VI. Ad Agatham Nicosia.

*mihi, dum Jesu nascentis fistula circum
in triviis rauco murmure laeta sonat,
omina misisti memori de pectore, laetor;
quod Naso, ?nuito laetor, amica, magis.
Hinc totidem ex grato felicia corde rependo,
quaeque tibi exoptas ipse ego cuncta precor.
Scilicetj ingrederis quem callem prompta Minervae,
hunc bene conficias ac memor usque mei.
Quodsi non solum posthac tibi creverit aetas,
non solum maius fulserit ore decus,
non solum imbuerit studiis te Pallas et arte
lauro ut apollinea tempora vincta geras,
verum, ut spectanti pateat mox flore iuventae
te Nasi excelsi incoluisse domos,
in bello, bellus rōseisque coloribus aptus,
rato maximus extulerit,
et tibi naso ἀγαθῶν, rursus pia numina testor,
atque ipsi Naso carmina longa canam (2).*

VII. Ad Vincentium Ussani.

*Nascentis properat cunctis lux candida Jesu,
rustica perque vias iactat avena sonos.
Olim lucundus mos extitit inter amicos
munera muneribus grata referre pios.*

(1) Cum vindemiae tempore Silvana, Antilli in Siculis rusticans, mihi chartulam his verbis «con un grappolo d'uva puramente spirituale» misisset, grates his versibus egi.

(2) His versiculis iocans Agathae discipulae, Nasi insiculo vico vitam degenti, respondi.

*Dulcia mittebant, scriblitas, crustula, ficos
 atque nuces... Proavi mos bonus ille fuit!
 Chartula nunc variis praebetur picta figuris
 taleque nunc munus, carmina, mitto tibi.
 Si* tamen horreni resonant dum fulmina Martis
 ac tristes homines tristia fata manent,
 «Mwc licet auriculas latiis intendere misis,
 /zaec non, Ussani (1), munera despicias.*

Postr. Id. Dec. MCMXL.

VIII. Ad Alafridum Bartoli.

*Bartole, optasti Jano redeunte — quotannis
 te bona festivum dicere verba iuvat —
 scilicet ut Janus donis me expleret amicus
 et maiora actis fata daret patriae,
 //zec* tibi sincero de corde rependere fas sit,
 addere et ut musae dona tibi usque ferant.
 Et tantum aetatis validae tibi, amice, supersit
 quantum opus ut patriae splendidiora canas.
 Italicae exoritur sidus fulgentius atque
 defendunt Itali quae sua iura putant.
 Gloria quanta manet cum antiquam iura Parentem,
 longum post aevum, mala fata Italis,
 vox amplectentur qui lingua, moribus, armis,
 se Italiae matri corde subesse volunt!
 Ipse diu vivas, trahit ut quae maxima tempus
 cuncta oculis spectes, cuncta poeta canas (2).*

Postr Kal. Jan. MCMXXXIX.

(1) In Urbis Studiorum Universitate professor erat eique nonnulla carmina mea misi.

(2) *quantum fictus sese deceperit augur,
 s/ Italiam cernis, legis Wies.*

Alafridus Bartoli, maximus nostrae latinitatis cultor, multos iam annos Jano redeunte suis amicis vota latinis versibus exarata mittere consuevit.

IX. Ad Theresiam Lodi.

*Incedant alii gemmis spoliisque superbi
 atque auro tumeant divitiisque suis,
 victorumque faces tollant ad sidera laetas,
 gentibus et victis vincula saeva parent,
 Italiamque, tulit quae leges inclita pulcri,
 illius et populis tot monumenta dedit,
 servili certent victam vincire capistro
 et miserae rapiant frustula, si qua manent:
 mente tamen vincit, longum victura per aevum,
 doctorumque diu lumina docta trahet,
 donec opes tantas custodiet illa fidelis,
 sumere et hinc cupiet gaudia summa tibi.
 Praestitit his opibus, toti dominabitur orbi,
 nanque parens semper, quod prius, artis erit.
 Arma cadant; gemmae pereant; sunt altera regna,
 altera vis, armis quae magis usque patet(1).*

Florentiae, postr. Non. Oct. MCMXLVII.

X. Ad Alafridum Bartoli

(in annum MCMXLVI vota rependens).

*Intermissa fero tacuit quae Marte parumper,
 en celeri tandem candida musa pede
 mi quoque vota, tuos sinceros inter amicos
 qui numeror, grato, Bartole docte, tulit.
 Non salibus de more suis caret lier cie latinis;
 spicula nanque insunt et iuvenile decus.
 Scilicet aeterno gaudes tu flore poetae,
 et si candidulis nix micet alta comis.
 Te vate Italiae niteat Pax vera furorem
 post tantum belli terribilemque necem,*

(1) Cum Laurentianam bibliothecam Florentiae, Theresia Lodi, quae ei praeest, ducente, visitarem.

*et, quovis posito, populus, certamine, /w/z/s
 incumbant studiis nocte dieque suis,
 ut niteant, quae fracta iacent pia limina cuique,
 fructibus et vigeat graminibusque solum.
 Ast heu nunc partes agitat Discordia, fures
 grassantur, pavidis insidiasque parant,
 e/, áwm Libertas verbis extollitur altis,
 nectuntur victis ferrea vincla viris.
 Spicula sed tutus ne cessa intendere, 7? Iusae
 dum latiae credas libera verba tuae.
 Quis timor inde ? legit musae quis verba latinae ?
 Quae nemo pandat, pandet amica chelys.
 Tu, quicumque es homo, /aftis /z/a libera trade,
 w/ mos, modis : undique tutus eris.
 Interea valeas, Megwe /e defecerit unquam,
 munus, ijwo gaudes, doc/e poeta, lyrae.*

XI. Ad Aloisium Illuminati (1).

*iVo« heu, festivis, Jesu nascente, monebat
 ut mos ille, 7nodis compita, amice, sonant.
 Fistula pastoris si tanquam fessa canorem
 in triviis iactat, si iuga celsa nitent
 hic illic nivibus, si 7nordet bruma dece/nbris,
 arbor et in campis brachia nuda riget,
 si flabra horrificant pontum, si pulsa iacente n
 in paleis 7ne?norant aera sonora Deum,
 praeteritos quodam maesto si flamine ad annos
 7mens volat et primi temporis acta cupit,
 si interdum trepido quae 7nescio murmure caelum
 voces dulcisonae tactaque corda replent,
 turgidula ut, 7ne 7nori sensi n de pectore obortis,
 continuo fiant lumina lacri 7nulis,
 longe aliud, curis quod pressi curri 77nus, aevu 77i:
 77mlta quide n fuerunt, 7nox graviora pre?nunt.*

(1) In Universitate Studiorum Messanensi litteris latinis tradendis doctor est.

*Luctus enim maeror que simul nunc occupat omnes :
 conditus est uno pectore cuique dolor.
 Fundere ubique suas lacrimas iam cuncta videntur,
 ipsis nam rebus causa doloris inest.
 Scilicet est largo tellus madefacta cruore:
 quidquid erat 7nagnum Marte rúente iacet.
 Aeternum miseram liquit Pax aurea gentes?
 sanguinis aeternum flumine terra fluet?
 Gentibus an semper stat lex, ut pectora fratrum
 insana frangat frater anhela manus? . . .
 Ut quondam, aera sonant, roseum memorantque Puellum,
 stramine qui in duro rite rigescit humi,
 ragitusque pii noctem celebrare videntur
 ut q u o n d a m . . . a t sordent obruta multa situ.
 Cuncta renidebant, ridebat et angulus omnis,
 muneribusque suis quaeque superba domus.
 Ista fuere quidem! Saevit Mars improbus orbe,
 deseruitque hominum copia larga focos.
 Cuique olivi placuit, sancta cum Terra niteret
 laetitia, cans mittere dona suis.
 Nanque et avellanas, scriblitas, poma,
 haedum, nectarei munera parva cadi,
 tum ficus, nucibus quae fractis, dulce, tumerent
 mixtaque Cecropio sacchara meile darent,
 tum quidquid domino, munuscula grata, tulisset,
 haud emptum valido robore cui tur ager,
 olim haec sincerus consuerat amicus amico
 praemia tam fausto mittere parva die.
 Inspiciens aetas sic gratos arcuit usus,
 ferret ut ingratas ominis ipsa vias.
 Omina mittuntur paucis nunc frigida verbis:
 chartula fert rapidis omina scripta notis.
 Sic bona cuncta suo iucundo dicit amico
 nascentis Jesu tempore amicus iners.
 Non id consuevi: caro mihi iussa sodali
 incomptis numeris omina musa ferat.
 *Quodsi post longum monstraverit aurea tempus
 Pax faciem, ut gentes rursus in orbe beet,*

*quos vetus edidicit mores ac prodidit aetas
 hi redeant tandem, vincula sancta, precor.
 Spem magnam interea iubeo te corde fovere,
 teque tibi atque tuis servet, amice, Deus.*

X Kal. Jan. MCMXLV.

XII. Ad Johannem Papini

(*mea quaedam carmina mittens*).

*Haec vulgo sordent, sermo nanque ipse latinus
 paulatim, tanquam turbine pulsus, abit.
 Quis leget haec? Nostris tineae vescentur inertes
 iamiam carminibus: musa latina tacet.
 Ast aliquid laetor paucis placuisse, Johannes ;
 si tibi nunc, sat erit: corde beatus ero.*

III. TUMULI.

I. Dominica Mang. loquitur.

*Parthenope morbo tactam cum vita vigeret
 caris Ine rapuit Marte furente meis.
 Reddita natali terrae pietate meorum
 hic iaceo. Sistas, et mihi funde preces.*

II. Lychnus

(*Clemens S. sac. ad matrem*).

*Quem Pompeianae, genetrix, prope limina mortis,
 — ultima nequivi, eheu, carpere verba puer! —
 permota ingenti iussisti pectus amore
 Reginae lychnum fulgere perpetuum,
 hic rursus vacua templi nunc fulget in umbra
 ac tacite pandit mystica verba Deo.*

*Scilicet ardenti pectus quo exarserit aestu
 hic memorat, genetrix o mea sancta, tuum.
 At genito, W/ae primo cui tempora dulcem
 haud risu matrem noscere te licuit,
 o precor, interdum faveas, caelisque supernis
 tu bona, /w genetrix, lumina verte mihi,
 ros huic qui supplex effundo lampadi olivae,
 Virginis et precibus numina sancta voco.*

III. In funere Theresiae Bisazza

(filiola ad matrem).

*Cur me flebilibus lacrimis, matercula, semper
 urges nec gemitus mittere corde potes ?
 Cur me, cara, locum fingis petiisse remotum,
 w/zde mihi reditum fata ?naligna negant?
 Tristis me rapuit teneram Libitina puellam
 cum spes fulgeret candida ubique mihi.
 mi vero patuit felicior aetas,
 tum micuere statim lucida regna Dei.
 Sunt ea, mamma, po gwae optavi pectore,
 <7^0 mea me/ïs precibus saepe volabat avens.
 Ad se, quam colui divino semper amore,
 excepit reducem Virgo beata sinu.
 Sum 7nodo, sum felix! Felicia regna renident:
 quidquid deserui ceu levis umbra fugit.
 Una manet terris quae ?ne res vinciat i?nis:
 est pater, est frater, tuque, tenella parens;
 est, ubi tam rapidae consumpsi tempora vitae,
 est domus: hic didici Numina amare vigil.
 Nullius hinc poterit me vis abrumpere leti;
 hic semper, genetrix, hic prope semper ero,
 ac tibi perfundam fractum lenimine pectus
 ut vitae forti tristia corde feras.
 Hinc si candidulis te forte puellula ocellis
 spectat, filiolum cernere crede tuam.
 Sin tibi flos roseo scintillat lumine solis,
 ipsa adsum praesens tum quoque, mamma, tibi.*

*Nonne putas caelis me sic micuisse serenīs,
 fulget ut in pratis quae rosa cuncta beet?
 Sic me divina redimitam luce videbis,
 sic natam aspicias post mala tanta tuam.
 Desine flebilibus lacrimis me urgere peremptam:
 vivo etenim, mater: me supera alta tenent.*

MCMXL.

IV. ΠΑΙΓΝΙΑ.

I. Ut umbellam surreptam reciperarem.

*Umbellam veterem (verum tamen hercule multas
 iras, firma comes, pertulit illa Jovis),
 quam mihi, deceptus forma specieque manubri,
 subripuisti, eheu, nili redde, precor.
 Nonne vides quantum exululent Austrique Notique ?
 Quot caelo pluviae nocte dieque ruant?
 Redde mihi umbellam! Ni feceris, improbe, centum
 versiculis furem te — cave, a/mce / — sequar (1),*

II, In facie libri Archangeli Natalis collegae.

*Cuius sum? Natalis habet me, Archangelus alter.
 Ne, fur, me abstuleris : nomina tanta cave.*

III. Ad Agatham Nicosia
Nasi belli pericula vitantem.

*Ergo te gelidis, properat dum Sirius ardens,
 flaminibus Nasi, cara, beabit ager?
 Aspicias celso de Nasi culmine' quondam
 murmure terrifico daedala monstra trahi,*

(1) Cum meam umbellam in professorum conclavi positam quidam abstulissetj eius loco hos versiculos magnis litteris scriptos posui, umbeilamque mox meam recepi.

*securaeque polo demissas spernere glandes
 nitratas dabitur nocte dieque tibi?
 Si quando volucres, recubans tranquilla sub umbris,
 ex ferro cernes pervolitare citas,
 a ?/aso dextrae digitos protende supina
 hosque movens, i//as rite valere iube.
 At tu sichelidis dulcissimus angulus orae,
 o tu, felici Nase beate solo,
 z^ra primum te patres voce vocarunt (1),
 unum sis monitus tu mihi, Nase, velim:
 immensum produc — teneas mea verba, memento... —
 discipulae nasum, candide Nase, meae!*

ni Id. Mai. MCMXLIII.

IV. Ad Valerium Milio
 fortem doctarum puellarum iudicem.

*Producens mediam fucata puella perhibet
 clamat pensa legens, iudice te, Valeri.
 Adridens roseis labris, si quando labores
 dicendum labores corripit illa levis;
 ipseque Maecenas, Valeri, te iudice, semper
 fit levior media parte, beatus homo.
 Rem miram! Rapido quam docta puella volatu,
 iudice te, Valeri, limina docta tenet...
 O firmum validumque virum, qui interritus usque
 auriculis placidis tam nova verba feras.
 Augur ni fallor, hic stabis aheneus olim
 et titulum miro lumine quisque leget:
 «Milius hic fortis: dum pensat lance puellas,
 quae Amphitryoniades non tulit, ille tulit».*

vi Id. Jill. MCMXLIV.

(1) Vicum illum dicunt graeco nomine vocatum esse; id ipse iocatus posthabui.

Y. Ad Franciscum Giacobbe
bonis litteris studere cupientem.

*Ni cupis Anticyram duci purgandus, omitte
quae cecinit Flaccus Virgiliusque pius,
quaeque olim duro iactavit ab ore Philippo
dum patriae incensus Graius amore furit.
Qui in triviis parvo sua vendit oluscula curru,
pistor qui semper laudat edenda vagus,
anglica qui cautus mercatur ubique tabaci
nostraque per resonas gilva bacilla vias,
Publius hi quanti stet, quanti caecus Homerus
norunt, hos nummis crassa crumina beat.
Cur nimio afficias tu prisca cupidine sanus?
cur, quae scripserunt saecula prisca, colas?
Tempora mutantur, mutatum vivimus aevum:
quae nuper stabant, obruta cuncta iacent.
Antiquis rebus contemptis, crede, popellus
nunc alia ardenti pectore avarus hiat.
Te monitum volui. Spretus ridebo. Caere s/s
illuc, quo dixi, forte feraris inops...
Sena per lusum haec Jano redeunte canebam,
grates dum referens opto benigna tibi.*

Kal. Jan. MCMXLV.

VI. Ad Aloisium Illuminati.

*Magdalena (genus num dicam ducere ab illa,
vulnera quae Jesu tersit gemebunda capillis?)
Sc... es/ sacris rebus puerisque docendis
addicta imprimis, eademque per invia currit,
quo studiis incumbentes de more puellae
conspicuae unguiculis currunt roseisque labellis.
Nunc bene curriculum studiorum emensa, requirit
non heu paucillis tanto e certamine lauri
tempora frondiferae discedere vincta coronis,
omnes sed doctae (ne tanta optata lacessas
risu; nonne fugit iam prisca modestia gentes?)
ipsa cupit silvae frondes portare virentes.*

*Scilicet est hominum, nosti, sua cuique libido;
num excipies sanus, saecli quae rebus omissis
candidulo ni gr oque caput velamine texit?*

*En quoque eam ridens totam veniamque daturus
frondibus innumeris iucundo pectore comple.*

*Si qua datur laurus, myrtus fecundaque ficus,
quaeque gravis reptat latoque cucurbita ventre
se iactat, quidquid praebetur, docte, Priapo,
omnibus istius cervicem frondibus orna,
omnibus exornata frui tot frondibus optat.*

VII. Ad Juliam Bartoccelli.

*Chartam donasti, mitto munere chartam ;
est tua mi potior; sit mea, docta, tibi(1).*

VIII. De Vincentio Romano.

*Te monitum cupio: Romano (2) credere noli,
si quid promisit: non tenet ille fidem.
Unde haec? qui paulo iuraverat ante tabaci
usque remoturum spurca venena procul,
Aetnam nunc dicas, albi nam semper ab ore
quae fumi exhaustit spurca venena vomit.*

Florentiae, m. Oct. MCMXLVII.

IX. Ad Victorium Genovesi

(Idyllium dono mittens).

*Victori mittit, Victor, tibi carmina victus,
a te qui vinci vincere, docte, putat.*

(1) Cum nonnullos libros, quibus mei filii in ludis uterentur, mihi dono misisset, meum carmen c. t. *Mysteria rerum* hac inscriptione grates agens donavi.

(2) Hic meus amicus Florentiae docet.

X. De Laurae Guidorizzi apibus.

*Quod vitro effictas, artis munuscula bellae,
 in Laurae ostendet pectore vestis apes,
 cur miraris? apes volitant ubi florea sarta
 fulgent, unde sibi dulcia mella trahant.*

XI. De Amaliae Giordano unguiculis.

*Si tota unguiculis roseis ut, Amalia, fulges,
 fulgeres, subito Gratia quarta fores.*

FINIS

*Excolui musas inde ab puerilibus annis:
 nunc quoque, 5/ vacuus, corde premente colo.
 Ast, Aea, iuvit? quid tot sumpsisse labores?
 quid trepidum noctes, quid vigilasse dies?
 Gloria non favit, nedum mihi crassa crumina
 extiterit: vulgo carmina spreta tacent.
 Unum hoc me forsitan confectum aetate pigebit,
 z/w/w /zoc: musae, /aw coluisse diu!*

IOS. MORABITO

MESSANENSIS